



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

An ex ordine scripserit, & quis Theophylus?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)



his, fuisseque amplissimi dignitatis indicem, & non persona  
 laudem, ut abque aliquo mendacii scrupulo quibuscumq; ma-  
 gistratus illis iungentibus consueverit impartiri: alioqui non  
 putandum Paulum ex adulatione atque mendacio demulcere  
 voluisse scilicet summum omnium Felicem, vel Festum, optimos  
 appellando. Quamobrem accidisse existimamus, ut sicut illis  
 tempore ille vigeat, loquendi usus, ut quique candidati hoc  
 titulo saluarentur, Boni viri: ita magistratum adepti, iu-  
 dens Optimi dicerentur, unde & Optimates. De candidatis est  
 illud Seneca apud Lucillum, dum ait: Sicillum amicum voca-  
 fit: quo modo omnes candidatos, Bonos viros dicimus: quo mo-  
 do dicitur, si nomen non succurrit, Dominos salutamus: quan-  
 tum excellens titulus esset, ut quis Optimus saluaretur,  
 Titianus Imperator plane declaravit exemplo: nam (ut de eo  
 scribit Dio) cum amplissimis gloria appellaretur titulis: nihil  
 tenens eum, inquit, magis quam cognomen Optimi inuit. Vt  
 veteres Sophoc. *ἰὼδὴ κερῆσσαν τὴν ὄρας ἀν δὲναίλοισ.*  
 Quamuis autem sit fortis, strenuus. Tamen constat  
 hinc intelligi optimum, ita Romani loquebatur. Alius  
 Theophilus est lib. 7. c. 48. constit. Apoll. quem Cle-  
 mens ait esse fuisse etiam Zachæo in Ecclesia Cæsarientis  
 sin Palæstina, illum domum suam in Ecclesiam aiunt  
 mutasse. Aliqui quos Didacus Stella sequitur, eum in  
 patria fuisse septimum Episcopum dicunt. Quod ve-  
 ro Lucas ait, idcirco se illi scribere, ut cognoscat re-  
 rum de quibus eruditus est veritatem, non significat  
 minus certam fuisse catechesin, quam suam scriptio-  
 nem, cum à Paulo & Barnabæ edoctus esset Theophilus  
 sed exitimatur eum magis in fide confirmandum, si  
 videat Lucam cum illis consentire. Græcum rectè  
 verti posset, ut cognoscat: pro veritate, in Græ-  
 co est *ἐπιστήσια* quod firmitatem seu securitatem si-  
 gnificat. Syrus rectè vertit *veritatem*, & ita vertendum  
 esse Beza alijsq; contendunt, contra suos Sym-  
 mitas.

VERSUS 5.

*Fuit in diebus Herodis, regis Iudææ,  
 sacerdos quidam nomine Zacha-  
 rias, de vice Abia, & uxor illius,  
 de filiabus Aaron, & nomen eius  
 Elisabeth.*

QVÆSTIO I.  
 Quo tempore hæc facta?

Enus Ioannis Baptistæ recensetur, & tem-  
 pus. Regum nominibus signare tempora,  
 non modo sacris Scriptoribus, ut Itaiæ, Jeremiæ,  
 Ezechieli, Danieli, Osee, alijsq; initio librorum suo-  
 rum, visum fuit: sed etiam Matthæo, & Lucæ. Hinc  
 olim etiam acta Ecclesiastica Consulium nomini-  
 bus consignabant. Historiam itaq; Lucas orditur à  
 temporis signaturâ. In diebus, inquit, Herodis, magni  
 scilicet, qui iam tyrannide diuturnâ, annos triginta  
 Iherosolimam prelerat, iamq; Concilium Sanedrini,  
 quod supremum libertatis erat refugium, aggredie-  
 batur: cum omnibus ad interitum vergentibus, re-  
 statutor regni Davidici concipitur. Quocirca in  
 contemptrum momentaneæ potestatis, dies eius di-  
 cuntur, quos breues, caducos, ærumnolos Christi re-  
 gnum excipit, æternum, gloriosum, pacatum.  
 Etenim cum res de annis Herodis incerta sit, nec  
 illius fere historicis cum aliis consentiat, ipsius etiam  
 Iosephi errorem in computando regni Herodiani  
 tempore Batonius in apparatu anal. demonstrat ac  
 refutat. Nobis ista tantummodo certa sunt.

Primo viuo Herode natum esse Christum. Dein-  
 de ante Christi aduentum in carnem, non esse abla-  
 tum sceptrum à Tribu Iudâ, ut oraculo Iacobi Patri-  
 archæ constat. Id quomodo factum sit, hac ratione  
 facillè cognoscitur. Anno regni trigésimo primo He-  
 rodes sceptrum abstulit, à tribu Iudâ, non antè. Vbi  
 duo notanda sunt.

*Certa de tempore.*

*Quousque Sceptrum duravit.*

Primum est, triginta annorum tyrannide sce-  
 ptrum à Iudâ ablatum non esse. Alterum, postea ab-  
 latum esse. Antè non esse ablatum sceptrum ut intel-  
 ligamus: sciendum, non quavis inclinationes, cala-  
 mitatesque, imo nec aliquas breues interruptiones,  
 seu interregna efficere, ut sublata respublica videat-  
 ur. itaq; & Romani in Capitolio obfessi Camillum  
 Dictatorem faciunt: nec ante biennium sceptrum  
 Bohemiæ à Ferdinando fuit, quamuis pauca oppida  
 eius imperio gubernarentur: quin & in Babilone Iu-  
 dæis iudicandi potestas seruata est. Quamuis igitur  
 tyrannide premerentur, tenebant tamen Rempublicam,  
 & quâ poterant, Davidicæ domus dignitate.

*Non omnia inclinatio sceptrum tollit.*

*Sceptrum de omni forma respub. dicitur.*

Deinde ut penes Iudam maneat sceptrum, non  
 opus est, principem aut regem ex stirpe Iudæ esse, sed  
 vel penes optimates, vel populum, vel duces & re-  
 ges, ius Republicæ esse sat est. Neque enim Imperi-  
 um Romanum interit, cum lege Regiâ vniuersa  
 potestas est ad Cæsarem delata. Nos quidem ex lin-  
 guæ latinæ usu, cum sceptrum audimus, & *σκηπτρον*,  
 & *σκηπτρίζης*, mox βασιλεύς & reges imaginamur,  
 non ita Hebræi, quibus *שֵׁבֶט* Schebet, non mo-  
 do est *virga*, *scipitrum*: sed etiam *tribus*, ita ibi-  
 dem Iacob loquitur Gen. 49. 16. imo Septuaginta  
 facillè centies ita vertunt. Tribum autem eam signi-  
 ficat, quæ Respublica aut pars eius est, in qua ius  
 gubernationis consilii, magistratus, vel absolutam,  
 vel participatam sic. Quin Septuaginta *δῆμον* num. 18.  
 2. *πύλιον* Deuteronom. 12. 14. & Deuteronom. 1. 15 *κε-  
 τῆν* iudicem appellant, itaque sceptrum non antè  
 est manere Rempublicam, in qua iudicandi, eligen-  
 di principis, consultantique sit potestas, eam vero  
 post Pompeij victoriam, & Herodis tyrannidem per-  
 mansisse eorundem Iudæorum confessione, & probâ  
 historiâ constat. Natus est enim Christus Olympiad.

*Sceptrum Iudæis quid sit.*

194. anno secundo plurimorum consensu, Herodis  
 anno trigésimo primo, vel trigésimo secundo, itaque  
 conceptus anno primo eiusdem Olympiad. quarum  
 initium ætate erat, & Herodis, vel trigésimo, vel tri-  
 gésimo primo. At ille trigésimo primo anno sustulit  
 omnino sceptrum, aut sane non antè. Erat illud Con-  
 siliium magnum, nempe Sanedrini septuaginta duorum  
 virorum, in deserto constitutorum Num. 11. de eius  
 potestate Ioseph. 1. 14. c. 17. antiq. vbi Herodem non-  
 dum regem citant. Mansit ea libertas vsq; in hunc an-  
 num, quo sacramentum Herodi dicere coacti sunt,  
 nec fecerunt tamen omnes, sex enim Pharisæorum mil-  
 lia id detrectarunt, ut Iosephus habet libro 17. antiq.  
 cap. 3. Neceos tamen idcirco homo, ex ambitione fa-  
 uissimus, in filios quoq; cruentus, occidere ausus est,  
 sed pecuniâ multavit: nec defuit tam eis præsidium;  
 multam enim pro illis soluit uxor Pheroræ, qui fra-  
 ter Herodis erat, non verita iram tyranni, cuius ta-  
 men liberis cum regnum promitterent gratius sunt  
 puniti, necatis vaticinijs auctoribus, sparsa autem fa-  
 ma erat ex Davidis stirpe regem natum. Tum vero &  
 Sanedrini quod ex optimatibus constabat delent: li-  
 cet ante quoque in eisdem iudices crudelis fuisset,  
 & maximas cædes fecit, concilium vero illud ex pro-  
 felytis suffecit: ut habet liber Philoni tributus. Euse-  
 bius anno trigésimo primo id factum refert. Cum  
 enim anno vigésimo sexto in cognatos saeuus fuisset,  
 Saut in do  
 anno 31. Chronici refert Euseb. *Ἡρώδης πρὸς τοῖς πολ-  
 λῶς & πρὸς  
 λαῖς τῶν ἀνηγεγῆναι φιλοτοῦνται ἀγαρεῖ Σαλαμῆς τῆς Ἰδαίας ἡ-  
 ῥοδῆς*

*Ante natū Christum non est ablatum sceptrum.*

*Supremū ius in Con- cilio Sane- drini.*

*Nondū rex erat Hero- des, sed Hir- canus.*

*Herodis cō- stricta mō- tu potētia.*

*Saut in do*